

nuper dedit:⁸ cum quo non^m ita pridem collocutus sum: cum Werthero⁹ etiam cœnavi, quiⁿ mihi [80v] legendum dedit opusculum suum de persona Christi,¹⁰ brevi, ut spero, edendum. Est vero egregium scriptum, et tanto dignum ingenio, si inventionem spectes. Nam de orationis genere, aliquandò^o aliter statuo. Et nosti ipsemet multa hîc Anhaltinis^p deesse. Qui^{iq} tibi grandem dicam scribent, quod superiore auctumno, quum redux ex Gallijs revertereris in patriam,¹¹ ipsis insalutatis discesseris. De Seussij obitu¹² opinor, accepistj. Et certè ignavum statuum, qui nollet mori, patriâ moriente. Illos verò felices autumo^r qui mature potuère abire^s ante, quam^t omnia pessum ire ceperint. Nam de rebus nostris, quid augurandum habeam, non magis scio, quam qui in Austrinâ mundi parte nunc maximè sapiat. Istit^u omnia lentè procedunt, quam^t cautè, exitus docebit. Nullus cont[e]ntioni locus est in eo consilio, quod non potest laudari nisi peractum^v. Jta ego arbitror. Nec fregisset^w Hannibalem^x mora Fabij, nisi Scipio admiscuisse[t] celeritatem.¹³ Aliquot Tillianas^y cohortes fugatas¹⁴ fuis[se] ab Hesso constans rumor: Sed et Papenheimium non leviter afflixisse ad Albim Regias copias,¹⁵ ex viciniâ scribitur. Videtur Rex Magdeburgum cogitare, quippe qui¹⁶ ad Borchum oppidulum, quod duobus milliariibus â captâ urbe positum, locavit castra.ⁱ Superiore septimanâ unus ex Re-[81v]gis^z Cubicularijs apud nos fuit: cum quo jam olim mihi notitia — nam uti summo genere natus —, ita non in vulgarem modum eruditus est. Nomen parcam asscribere^{aa}. Js igitur pro certò mihi affirmavit ad d. XXI^{bb} Junij Regem in somnis monitum moveret illicò, ac gere-ret rem: et mox surgentem de lecto gladium, quo accingi solitus, quemque primum petebat, strictum offendisse, quem tamen, cum iret cubitum, vaginâ conditum reliquerat.¹⁷ Habes ostentum: quid portendi^{cc} eo videatur, tuum erit ariolari. Ego interim opto, terror omnis in hostes recidat. Jmaginem tuam¹⁸ vidj^{dd}: satis ad vivum expressam: sed volo habere â tuâ manu. Sed^{ee} alterum exemplar curabis inducj veris^{ff} coloribus — ut plus habeam, quo oculorum desiderium solari possim. Vale desideratissime Frater, et me ama. Raptissime ad d. III Julij anno MDCXXXI.

T. T. AB^{gg}

Memor et cæterorum eris, quæ abs te nuper petij.¹⁹

I

Augustus Buchners Gedicht auf Diederichs von dem Werder Tasso-Übersetzung

Q Ein möglicher Erstdruck wurde nicht ermittelt, auch nicht in *v. dem Werder* u. *Dünnhaupt: Handbuch*, Art. Buchner. — AUGUSTI BUCHNERI | POETÆ & ORATORIS | CELEBERRIMI | POEMATA | SELECTIORA, | nunc primum edita. | Singulari studio adjectus est in fine | INDEX RERUM & OBSERVATIONUM | accuratus, maximè necessarius, copiosus & | Thesauri instar Poëtici utilissimus. | Cum Gratia & Privilegio Potentissimi Electoris Saxoniae. | [Signet: Verlegerchiffre MGH] | LIPSIAE & FRANCOFURTI, | Apud MART. GABR. HÜBNERUM, | Bibliopol. Dresd. | Typis Joh. Heinrici Richterî. 1694. (KB Kopenhagen: 176¹, 206⁸), 463–